

*Annot.* in isto iudicio induratos finit. Dormire dei est: cum unigenitus dei patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est cuius morte recte dulcis fuisse prædicatur: ipso dicente per Hieremiam prophetam: Ideo quasi si sō non excitatus sū: & uidi: & sōnus meus dulcis est mihi. Aliter dormire deus dicitur: cum fides eius inter prosperitates huius mundi: in quorundam corda fidelium non uigilat: sed dormit: hāc dormitionem ipse significauit cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei est anxius tarde subuenire: sicut est illud i psalmo: Exurge quare obdormis domine? Vigilare dei est in defensione suorum electorum: & ultione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

Beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papam obsecrantis: ut sibi respondeat cui in Syria debeat communicare.

## Epistola septima.

**I**mportuna in euangelio mulier tandem meruit audiri: & clauso cū seruis ostio: media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipse qui nullis contra se uiribus superari potest: publicani precibus uincitur. Niniue ciuitas quæ peccato periit: fletibus stetit. Quorsū ista tā longo repetita p̄incipio: uidelicet ut paruum magnus aspicias: ut diues pastor morbidā non contēnas ouē. Christus in paradisu de cruce latronē itulit. Et ne quis aliquando serā conuerzionē putaret: fecit homicidii p̄œnā esse martyriū. Christus in qua prodigū filiū reuertentē lāetus amplectitur: & non agint anouē pecudibus derelictis: una ouicula quæ remanserat: humeris boni pastoris aduehitur. Paulus ex persecutore sit prædictor: oculis carnalibus excæcatur: ut mente plus uideat: & qui uincitos Christi famulos ducebat ad conciliū iudæorū: ipse postea de Christi uinculis gloriatur. Ego igitur ut ante iam scripsi: Christi uestem in Romana urbe suscipiens: nunc barbaro Syriæ limite teneor: & ne putas alterius hanc de me fuisse sententiam: quid mererer: ipse constitui. Verum ut ait Gentilis poeta.

Cælum non animum mutat: qui transmire currit.

Ita me incessabilis inimicus post tergū persecutus est: ut maiora in solitudine bella nunc patiar. Hinc enim præsidiis fulta mundi Arriana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere festinat. Monachos circa cōmanentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interi clamito: si quis cathedræ Petri iungitur: meus est. Miletius: Vitalis atq; Paulinus tibi hærere se dicunt: possem credere: si hoc unus assereret: nunc autē duo mentiuntur aut omnes. Iccirco obtestor beatitudinem tuā: per crucē domini: per necessitatē decoris fidei nostræ & passionē: ut qui apostolos honore sequeris: sequareis & merito ita in solio cū duodeci iudicaturus sedeas: ita te alias senē cū Petro cingat: ita municipatū caeli cū Paulo consequaris. Ut mihi litteris tuis apud quē in Syria debeam communicate significes: noli despicere animā pro qua Christus mortuus est.

Secundus tractatus de impugnationibus diuersarum hæresum & hæreticorum beati Hieronymi ad marcellam contra Montani hæretici insaniam: qui promissionem sancti spiritus in se dicebat esse complētā ostendēs non in eo tantum sed in aliis eius dogma a catholica ecclesia discrepare: quis autē fuerit ipse montanus & quo tempore hæresis suscitata sit habes quinto historiæ ecclesiastice libro.

## Epistola octaua.

**O**stimonia de Ioannis euangelio congregata tibi quidam Montani sectator igeſſit in quibus saluator noster se ad patrem itur: missurūq; paraclytum pollicetur. Quæ in quod p̄missa sint tempus: & quo completa sint tempore apostologæ acta testantur. Decima die dixit post ascēsum domini hoc est qui quagesimā post resurrectionem spiritum sanctū descendisse linguasq; credentiū esse diuinas: ita ut unusquisq; oīum gentiū sermone loqueretur. quando quidam adhuc parū credentiū musto eos ebrios asserebāt. & Petrus stans in medio apostologæ omnisiq; conuentus ait: uiri Iudei & omnes qui habitatis i Hierusalem: hoc uobis non sit: & auribus percipite uerba mea. Non enī sicut uos æstimatis hi ebrii sunt: nā est hora diei tertia. sed hoc est quod dicitū est per Iohel prophetā: In nouissimis diebus dicit dominus. effundā de spiritu meo in omnē carnē: & prophetabunt filii & filiæ eorū: & iuuenes uisiones uidebunt: & seniores sōnia sōniabunt. & quidē in seruos meos & ancillas effundā de spiritu meo. Si igitur apostolus Petrus super quē dominus fundauit ecclesiā & prophetiā & promissionē domini illo tēpore cōpletam memorauit: quomodo possimus nobis aliud tēpus vindicare? Quod si uoluerint respondere: & Philippi deinceps quatuor filias prophetasse & p̄phetē Agabū repetiri: & in diuisionibus spiritus inter apostolos & doctores prophetas quoq; apostolo scribente formatos: ipsūq; Paulum apostolum multa de futuris hæresibus & de fine sæculi prophetasse: sciant a nobis non tam prophetiam repellē quæ domini signata est passione: q; eos non recipi: qui cum scripturæ ueteris & nouae auctoritate non congruant. Primum in fidei regula discrepamus. Nos patrem & filium & spiritum sanctum in sua unum quemq; persona ponimus: licet substantia copulemus: illi Sabellii dogma sectantes trinitatem in unius persone angustiis cogunt. Nos secundas nuptias non tam appetimus q; concedimus: Paulo iubente ut uiduæ adolescentulæ nubant: illi in tantum purant scelerata coniugia iterata: ut quicunq; hoc fecerit adulter habeatur. Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum toto anno tempore nobis congruo ieiunamus: Illi tres in anno faciunt quadragesimas: quasi tres passi sint Saluatores. Non quo & per totum annum excepto Pentecostem ieiunare non licet: sed q; aliud sit necessitate: aliud uoluntate munus offerri. Apud nos apostolū locū episcopi tenent: apud eos episcopus tertius est. Habent enim primos de pepusa phrygia: patriarchas: secundos quos appellant Cenones: atq; ita in tertiu. i. pene ultimū locū episcopi deuoluūtur: quasi exinde ambiosior religio fiat: si quod apud nos primū est: apud illos nouissimū sit. Illi ad omne pene delictum ecclesiæ obseruant fores: nos quotidie legimus: malo pœnitentiā peccatoris q; mortem. Et nūquid qui cadit non resurget: dicit dominus. Et cōuertimini ad me filii cōuertētes: & ego curabo cōtritōes uestras. Rigidi autē sūt: nō quo & ipsi peiora non peccēt: sed q; inter nos & illos sit: q; illi erubescunt confiteri peccata quasi iusti: nos dū pœnitentiā agi-

Episcopi sermones  
Apostolorum, ierolim.

mus: facilius ueniam promeremur. Prætermitto scelerata mysteria quæ dicuntur de lactante puero: & de uictu-  
ro martyre cofarrata: malo iniqua non credere: sit falsum omne: quod sanguinis est. Aperta est cœuincēda blas-  
femia dicentiū: deum primum uoluisse in ueteri testamento per Moysēm & prophetas saluare mundum: sed  
quia non potuerit explere: corpus sumpsisse de uirgine: & in Christo sub specie filii predicanē mortem obisse  
pro nobis. Et quia per duos gradus mundum saluare nequuerit: ad extremum per spiritum sanctum in Mon-  
tanum Priscam & Maximillam insanas fœminas descendisse: & plenitudinem quam Paulus non habuerit di-  
cens: ex parte cognoscimus: & ex parte prophetamus: & nunc uidemus per speculum in enygmate: abscisū &  
semiuirū habuisse Montanū. Hæc sunt quæ coargutione non indigent: persidiā cogit exposuisse: superasse est.  
Nec necesse est ut singula deliramenta quæ proferunt: breuior epistolæ sermo subuertat: cum & tu ipsas scrip-  
turas apprime tenens: non tam ad eorū mota sis quæstiones: q̄ quid sentirem a me uolueris sciscitari.

Beati Hieronymi contra Iouinianum hæresiarcham Satyrici libri: cuius dogmata qualia fuerint: quæ beatus  
Hieronymus destruit & refellit: infra scriptum indicat argumentum.

Ex libro Augustini de hæresibus: ad quod uult deum diaconum Iouinianus.

**T**quinianus hæresiarcha de monachō clericus docebat sicut stoici presbyteri omnia peccata paria esse:  
nec posse hominem peccare lauacro regenerationis accepto: nec prodesse ieunia: uel cibis aliquibus  
abstinentiam. Virginitatem uiduitati: coniugatosq; fornicatoribus etiam post penitentiam æquabat  
adeo ut sacræ uirgines prouectæ ætatis quædam in urbe romana: ubi hoc docebat nuperint: unius quoq; meri-  
ti: præmii: retributionis: ordinisq; omnes iustos esse apud deum. Cito tamen secta hæc oppressa extincta & ad  
nihilum cassata est reuelante beato Hieronymo: nec ad aliquorum sacerdotum deceptionem peruenit: Dama-  
so papa: Valentianino augusto Arcadio & Bautone consulibus.

Beati Hieronymi contra Iouinianum Satyricus liber primus: & Epistolæ nonæ.

Cap. I.

**P**AUCI admodum dies sunt: q; sancti ex urbe Roma fratres cuiusdam Iouiniani commentario los tran-  
smiserunt: rogantes ut eorum ineptiis responderem: & Epicurum christianorum in euangelico atq;  
apostolico uigore contererem: quos cum legiſtem & omnino non intellexiſtem: coepi reuoluere cre-  
brius: & non uerba modo atq; sententias: sed singulas pene syllabas discutere: uolens prius scire quid diceret: &  
sic uel probare uel redarguere quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est: & tantis spurciis spurciſ-  
simus sermo confusus: ut nec quid loquatur: nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur: potuerim in-  
telligere. Totus enim tumet: totus iacet: attolit se per singula: & quasi debilitatus coluber: in ipso conatu frangi-  
tur: non est contentus nostro. i. humano more loqui: altius quidam aggreditur.

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. *Hieronymus de arte*

Quod ipse.

Non sani esse hominis: non sanus iuret Orestes. *heresi*

Preterea sic inuoluit omnia: & quibusdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat: ut illud plautinarum lit-  
teratum ei possit aptari.

Has quidem præter Sibyllam leget nemo. *plau*

Nam diuinandum est. Furiosas Apollinis uates legimus. Et illud uirgilianum: Dat sine mente sonum. Heracliy  
tum quoq; cognomento στρογγυλον Τειον id est tenebrosum sudātes philosophi uix intelligunt. Sed quid ad nostrū  
caviv. u. & tioſtiv cuius libros multo difficilius est nosse: q̄ uicere: q̄ & i uictoria nō parua sit difficultas. Q uis  
enī eū superare queat: cuins assertionem penitus ignoret. Et ne lectorem longius trahā: cuiusmodi eloquentiæ  
sit: & cuius uerborum floribus ornatus incedat: secundi libri sui monstrabit exordium: quod hesternam crapu-  
lam ruſtans ita euomit. Satisfacio inuitatis: non ut claro curram nomine: sed ut rumore purgatus uano uiuam.

Obſeruo agrum nouellæ plantationum arbusta teneritudinis: erepta de uitiorum gurgitibus audientiam: com-  
munitam agminibus. Seimus ecclesiam spe: fide: charitate inaccessibilem inexpugnabilem. Non est in ea ima-  
turus omnis docilis impetu irrumperet: uel arte illudere potest nullus. Rogo quæ sunt hæc portenta uerbora?

Quod descriptionis dedecus? Nonne uel per febrem soniare eum putet: uel arreptum morbo frenetico Hip-

pocratis uinculo alligandum? Quotienscumq; eum legero: ubi me defecerit spiritus: ibi est distinctio: totum in-

cipit: totum pendet ex altero: nescio quid cui cohæreat: exceptis testimoniosis scripturarum: quæ illo uenustissi-  
mo eloquentiæ sua flore mutare non ausus est: reliquus sermo omni materiae conuenit: quia nulli conuenit.

Quæ res mihi aliquam suspicionem intelligentiæ dedit: uelle eum ita nuptias prædicare: ut uirginitati detra-  
hat. Quando enī minora maioribus coæquant: iferioris cōparatio superioris iniuria est. Neq; uero nos Mar-

tioniſ & Manichæi dogmata sectat̄es nuptiis detrahimus: nec Tatiani principis Encratitas: errore decepti: oēm  
cogitatū sp̄rcū putamus: qui nō solū nuptias: sed cibos quoq; quos deus creauit ad utēdū dānat & reprobat.

Scimus i domo magna nō solū uasa esse auræ & argentea: sed & lignea & fistilia: & super fundamētum Christi  
quod Paulus architectus posuit: alios ædificare aurū: argentū: lapides preciosos: alios ecōtrario fœnum: ligna  
& stipulam. Non ignoramus honorabiles nuptias & torum immaculatum. Legimus primam dei senten-  
tiam: Crescite & multiplicamini & replete terram: sed ita nuptias recipimus: ut uirginitatem quæ de nuptiis  
nascitur præferamus. Nunquid argentum non erit argentum: si aurum argento preciosius est? Aut arboris  
& segetis contumelia est: si radici & foliis culmo & aristis pomæ præferantur & fructus? Ut pomæ ex arbore:

frumentū

*inferioris comparatio  
superioris minoris et  
bessal. contum*

*sharpi bracis.*

*Paulus architectus  
replete et*

*Mari 100  
Mari 100  
Thessaliam*